

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 28

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 45.

Cod. XXIX.

45.

## Cod. XXIX.

Chartae. Fol. minor. fol. 13.

1.  
24.

Leopoldi ducis  
Austriae filii  
de  
Astrorum scientia,  
tractat. X.

Continet Leopoldi Ducis Austriae X. tractatus de astro-  
rum scientia, ab ipso ex variis authoribus transcriptos  
et in epitomen redactos. Initium operis est: "Gloriosus  
Deus et sublimis". Paulo post in praefatione legitur: "Ego  
sum, inquam, Leopoldus Ducatus Austriae filius, qui post  
longum et continuum studium Astronomiae, habeo ad ho-  
nore Dei tenaciter in intentione, omnia, quae de Astrorum  
Scientia comprehendere, in unum volumen reducere. De mo-  
tibus autem, quia multi de his copiose scripserunt et pro-  
dixerunt, summarie pertrahendo, ut possum utilis effectibus  
imorari. De quibus licet sufficienter scripserunt Philo-  
sophi, nullum tamen ex eis inveni, qui librorum dixer-  
forum sententias in unum colligeret, et ita studentibus  
compendium generaret. Ad hoc ergo meum generale  
et commune propositum suppliciter inrogo Dei potentiam,  
ut in suo servitio me confirmet, ejusque sapientiam, ut  
meum intellectum illuminet, et suam bonitatem, quod  
sui gratia me conferret. - - - " Incipit compilatio  
Leopoldi Ducatus Austriae filii de astrorum scientia.  
Nomen auctoris non queratur, non enim unus Auctor, sed  
plurimi castiterunt auctores. Ego - fidelis illorum fui  
observator, et diligens compilator. Postea sequuntur  
decem tractatum tituli, quorum primus est de Sphaera  
et earum circularibus et motibus. Tractatu 3<sup>to</sup> et sequen-  
tibus potissimum agitur de Astrologia judiciaria. In  
fine Tract. 10. habetur: "Explicit Leopoldus de Austria".  
Restant insuper quatuor folia, negligentia Bibliopae  
ad calcem locata, quae Tractatu 8<sup>o</sup> jungi debent.  
Bis hodie MS. p. quod etiam in Biblioth. cas. vindob.  
asperatur! Typis excusum est, August. Vind. a. 1789  
per Erhard. Katold, et Venet. 1820. per Melch. Sep-  
sam, in 4. sub isto titulo: Compilatio Leopoldi Ducis  
Austriae filii de Astrorum scientia.

Qualis Leopoldus is fuerit, nil certi apud scriptores  
invenire potui. Nonnulli autemant fuisse Leopoldum  
VI. Leopoldi virtuosi filium, et gloriosum dictum.  
Ista Zoescher in Lex. suo. Auctor Lexici univers. et Sic.  
ciolus, qui in Almagesto novo Part. I. Chonic. parte 2.  
pag. XL. hoc habet: "Leopoldus de Austria Astrologus  
magno fama floruit circa annum 1200". ejus verba  
exscripsit Fabr. Bibl. med. et inf. lat. V. II. p. 270.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 28

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 46.

46.

Cod. XXIX.

Hoffmann autem in *Lex. Univ. T. 2. p. 789.* filium natura-  
lem Alberti III. Archid. Austria, nomine Leopoldum, Vindob.  
na Mathesin docuisse, et ibidem primum hujus scientie  
Professorem circa an. 1966. asserit. Adcal, qui posset, Scrip-  
toris de Acad. Viennensi, geor. Eder, car. Mutatum, et Jos.  
Reichenaw.

Cod. XXIX.

Charta. Fol. min. Sec. 16.

J.  
2. 2.

Gregorii Hageni  
vel Matthaei Eu-  
jussam Chronicon  
Austriæ.

Ex bibliotheca  
Schwandneri

Ex Bibliotheca Cariss. D. J. G. Schwandneri austri-  
aci Stadelkirchensis ad 1777. comparatus, cujus cura  
titulus hic deficiens ex M. Bibliotheca Gothana  
ad 1757. mutuatus est, et opus ita inscriptum: "Die  
"Hoehloblichen Landts Fursten und Erzhertzogthum  
"Oesterreich Anfang und Herkamen; Der Herren und  
"Landtsfursten Regierung bis auf Hertzog Wilhelm  
"und Hertzog Albrechten, ist beschrieben durch den  
"Erbarn Gregorio Hagen im Jahr 1406."

Iste igitur Codex continet Chronicon Austria in-  
ceptum a primis hujus soli incolis, et usque ad an.  
reparata salutis 1598. perductum, vel a Matthæo  
quodam; ut Gundelfingius scribit; vel a mox me-  
morato Gregorio Hageno, quemadmodum H. J. Ern-  
salom. Cyprianus contendit in Catalogo M. Biblioth.  
Gothana a se typis divulgato. Sed quoniam in sex

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 28

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=1727](https://manuscripta.at/?ID=1727)

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)